

.

27.
 . . res vicit hominum.

28. O quam durus qui non plorat,
 cuius cor non totum forat
 mors invicti cesaris,
 Cuius honor sic honorat
 totum mundum et decorat,
 ignorator comparis.

29. Flete nati, flete patres,
 flete nate, flete matres
 cesaris interitum.
 Mortis morsus o quam truces!
 flete milites et duces
 tanti viri transitum.

30. O quam fuit hic devotus,
 deo plenus, ardens totus
 inimicus scelerum.
 Super omnes mundi magnus
 fuit humilis ut agnus,
 pedes lavit pauperum.

31. Deo et hominibus fuit hic dilectus,
 Non favit criminibus, iudex erat rectus,
 Cunctis in virtutibus fuit architectus,
 Direxit in omnibus, a deo directus.

32. Dulcis erat et benignus,
 quo non erat mundus dignus,
 angelus in corpore.
 Hostes stravit et fu(g)avit,
 quod iniustum dissipavit
 oportuno fe(nore).

27 (plu)res, vgl. 59, 1 28, 1 die Abkürzung us von durus und die obere Hälfte der Buchstaben qui non sind abgeschnitten A 30, 5 vgl. *Forschungen z. d. Gesch. XV (1875) 591* 'Versus de Heinr. imp.' 3 Hic princeps magnus lenis fuerat velud agnus 31, 1 *Ecclus. 45, 1* Dilectus deo et hominibus 31, 3 vgl. 1. Cor. 3, 10 32, 2 *Hebr. 11, 38* 32, 5 vgl. *Prov. 20, 26*